Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift



92

dicentis. si habueritis fidem sicut granum sinapis. dicetis huic monti transfer-
re. et transferet. et nichil impossibile erit uobis. Et iterum. Amen amen dico
uobis omne quod patrem petieritis in nomine meo dabit uob. petite et
accipietis. Ipse enim suis discipulis. et uniuerso credentium gregi. nunc
subiectionem demonum. nec uariarum infirmitatum pollicens curationem ai-
ebat. Gratis accepistis. gratis date. Nunquid sue uirtutis imperio cura-
bat Antonius. Nunquid sue possibilitatis arbitrabatur esse quod fecerat orati-
onibus. Non precepit demones morbique cesserunt. sed ad xpi dei nri no
minationem semper uniuersa perfecta sunt. Nemo sapientium sanctorum admi-
rationem asscribit Antonio. sed dno ihu. quem solitam erga creaturas suas exhi-
bens benuolentiam. nec quoque per electum suum indulgentem exercuit. Antonius tan
tum orabat. et obuiis [illegible] ei merita. cuncta dnis LARGIEBATUR.

SEPE AUTEM [illegible] et extra uoluntatem ad exteriorem montem a fribus
perducebatur. et cum iudices quod ad interiorem archisterium propter asperitatem in
neris et obsequentium multitudinem. et horridam solitudinem ire ni poterant. quo
rerent ut eum fruerentur aspectibus nec impetrare possent. quam molestissime
ferebat uexationem discursuum. ipsos catenatos quos aut noxius aut uigor
publicus extinxerat. ad eum destinabant. scientes tales ab Antonio ni
posse extrpm. Quos fletibus superat protrahebatur ad exteriorem montem. ag
noscens laborem suum utile miseris fore. suadebatque iudicibus quod eum inui
taueram ut insententia proferenda et odio et gre dni timorem ante po
nerent. nec ignorare eos debere quod septum est quemque iudicio iudicauerit.
in eo iudicabitur de uobis. et tamen inter medios sermones care sibi solitudi
nis recordabatur. Post coactam itaque presentiam qua ducis pces. et quod uerum
est miserere fletus extorserat. pro salutaria monita. pro rex commendatio
nem. quorum dam [illegible] et absolutionem postulantem duci ut paulo largius eidem
suam presentiam indulgeret. aut ni posset se diutius ibidem morari. grato usus
exemplo. quod sicut pisces ab aqua extracti. mox in arenam terra